



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Tertivm. Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam
accipiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

nam vel vinum, verbi gratia, de duobus nummis comparat modium vnum, & seruat vsquedum venundetur denariis quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

Et in decr. Iuo. lib. 3.

SECUNDVM.

Reus est animarum presbyter, qui penitentiam morientibus abnegat.

Si presbyter penitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum, quia Dominus dicit: *Quicumque die conuersus fuerit peccator ad penitentiam, vita viuet, & non morietur.* Vera enim confessio in vltimo tempore esse potest, quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est: sicut latro, vnius momenti penitentia, meruit esse in paradiso in hora vltimae confessionis.

26. q. 6. Si

presbyter

penitentiam.

Ezech. 18.

Luc. 23.

TERTIVM.

Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat.

Si quis desponsauerit vxorem, vel subarrauerit, & siue praeuiente die mortis, siue irruentibus aliis causis, minime eam cognouerit, neque eius superstes frater, neque vllus de consanguinitate eius, eamdem sibi tollat in vxorem vlllo vnquam tempore.

29. q. 2. Si

quis desponsauerit.

QUARTVM.

Licet seruo matrimonia contrahere.

Omnibus nobis vnus est Pater in caelis, & vnusquisque diues, pauper, seruus, & liber, aequaliter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri * sumus. Quapropter omnes, cuiuscumque conditionis sint, vnam legem (quantum pertinet ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus vltius dimitti poterit.

Math. 23.

29. q. 2.

Omnibus nobis vnus.

* sunt.